



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 47. Variæ contentiones circa Theses in Galliis propugnatas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

**Sæc. XVIII.** „tacere feci Matrem tuam . . . . Timen-  
**A. C. 1721.** „dum est, ne schisma, quo Francia  
 „scinditur, pestilentia flagellum in il-  
 „lam provocet. Quamprimum Sama-  
 „ria sese segregavit a communione Je-  
 „rusalem, . . . quamprimum alienum  
 „invexit cultum . . . . omnia mala in  
 „ultionum thesauro inclusa in caput  
 „ejus effundebantur &c. „ Non pau-  
 cis tamen quorundam Episcoporum se-  
 veritas præsentis temporum vicissitudi-  
 minus accommodata videbatur: unde inter  
 ipsos Franciæ Episcopos viginti septem  
 oriebantur factiones, quarum mandata  
 a malevolis vocabantur Babel, quibus  
 non audiebat unusquisque vocem pro-  
 ximi sui.

## §. XLVII.

*Varia contentiones circa Theses in  
 Gallis propugnatas.*

*Holberg.  
 Hist. Eccl.  
 t. 4. p. 64.*

**R**upto debitæ obedientiæ ac submit-  
 tionis fræno non pauci Professores  
 luxuriantis ingenii intemperantia plus  
 æquo indulgentes, ac Noailii patro-  
 cinio tumidi, Parisi: varias theses in  
 odium Constitutionis atque acceptan-  
 tium exposuere; ac præprimis die de-  
 cima quinta Januarii in Aula Sorbo-  
 nica duæ solemnes habebantur dispu-  
 tationes, in quibus tamen duæ propu-  
 gnabantur theses, quas Præsules Semi-  
 narii

narii S. Sulpitii tanquam Ecclesie in- Sæc. XVIII.  
 jurias, ac in fide suspectas apud Car- A.C. 1721.  
 dinalem Bissyum denunciabant: Hic  
 eas transmisit ad Consilium Ecclesiasti-  
 cum, quod consulto Claromontano Epi-  
 scopo negotium dedit Abbati Coveto,  
 ut eas Cardinali Noaillo exhiberet,  
 ab eodem aut censuris perstringendas,  
 aut ab iis, qui eas propugnarunt, ex-  
 plicandas: Ut vero Cardinalem Noail-  
 lium eo facilius ad id induceret, ei-  
 dem exposuit, timendum esse, ne, si  
 sua Eminentia has theses proscribere  
 renueret, Consilium Ecclesiasticum  
 suam jurisdictionem in ipsam Faculta-  
 tem Theologicam extendat, eandem-  
 que Archiepiscopo Parisiensi subtrahat:  
 si vero ipse hoc Consilium prævenerit,  
 absdubio Regis patrocinium sibi polli-  
 cere, atque Archiepiscopi jurisdic-  
 tionem in Facultatem novo exemplo fir-  
 mare poterit. Eo fine ad eun-  
 dem Cardinalem transmisit eas expli-  
 cationes, quas ipse a Baccaureo, qui  
 illas theses propugnavit, expeteret. In  
 prima enim propositione observabatur,  
 quod Tonnelierus Præses eosdem om-  
 nino loquendi modos, quibus Ques-  
 nellus uti solebat, nimis studiose ad-  
 hibuerit: Altera vero propugnare vide-  
 batur, quod Ecclesia non sit visibilis &  
 schismaticos in suo sinu foveat: pri-

Sæc. XVIII. mam propositionem Noaillius Guere  
 A. C. 1721. Doctori examinandam tradidit, h  
 vero eam ab errore esse immunem cen  
 sebat, ac Præsidem excusabat, eo  
 quod Sorbonicis Doctoribus a Regi  
 Ministris jam dudum insinuatam fuis  
 set, Episcoporum conciliationem non  
 obstare, quo minus tam in thesibus  
 quam dictatis eosdem adhibeant lo  
 quendi modos, quibus ante Conflita  
 tionem usi fuissent. Secundam autem  
 propositionem Covetus, & Guereus  
 censura dignam; atque omnino era  
 dendam esse censebant, quapropter  
 Quinotus Ex - Syndicus ex prima  
 secunda propositione quasdam lineas  
 delevit: Noaillius vero neutram cen  
 sura perstrinxit, veritus, ne hac occa  
 sione Consilium Ecclesiasticum veræ In  
 quisitionis auctoritatem sibi arrogaret  
 & demum Parisiensi Archiepiscopo  
 reliquum esset, nisi ut merum ejus de  
 cisionis executorem ageret, ipse vero  
 non alium inde proventum haberet, nisi  
 ut Sorbonicorum Doctorum invidiam  
 odiumque crebris ejusmodi censuris  
 sibi accerferet.

Insuper Cardinalis de Gesures, qui  
 absente Rohanio Cardinale Præsiden  
 Consilii Ecclesiastici agebat, de Noail  
 lio querebatur, quod thesium explica  
 tiones, etsi minime sufficientes essent  
 a Bac

a Baccalaureo Massiliensi, alioque ad-  
 miserit, sub idem quoque tempus Lor-  
 detus die vigesima Februarii Tolosæ  
 hanc propugnabat thesin: *ad peccatum  
 mortale vel veniale prærequiritur expressa  
 cognitio malitiæ moralis, vel expressa du-  
 bitatio, ne actui eliciendo malitia moralis  
 inexistat.* Eapropter Aurelianensis  
 Dux Cardinali du Bois negotium de-  
 dit, ut Lordetum ad revocandam hanc  
 propositionem compelleret. Denique  
 theses, quæ die nona Julii in Sorbona  
 Præsidi Rectore Montempuis de gratia  
 Christi propugnari debuissent, suppres-  
 sit, eoquod plures fuissent expositæ  
 propositiones æquivocæ, ex quibus ve-  
 nenum extrahi posset.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1721.

§. XLVIII.

*Quorundam Regularium subiectio,  
 aliorum pertinacia.*

Haud segnius supremi quorundam *Dorsan.*  
 Regularium Ordinum Superiores a *l. c. p. 75.*  
 veritatis semita devios reducere, &  
 ceteros in debita subiectione firmare  
 adlaborabant: Ex his præcipuus erat  
 Dionysius San - Marthanus supremus  
 Congregationis Benedictinæ S. Mauri  
 Præpositus, qui suadente Scalonio  
 Præsule quamprimum Innocent. XIII.  
 Divi Petri Cathedram conscendisse com-  
 pererat,